Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Merl. 47 u. 48

Nicht ausleihbar

BUCHBINDEREI
CARL SCHULTZE
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

EXTRACTVS DIVERSARVM EXTINCTIONVM PROXIMIS XXX. ANNIS CIRCA MONASTERIVM B. MARIAE Virginis Ordinis Regularium Nouesiensium attentatarum.

KOENIGL. BIBLIOTHEK ZU DUSSELDORF

DVSSELDORPII,
Imprimebat Henricus Vlenbergius.
ANNO M. DC. XXIV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

21
D. Sp. G. 419
2
Bri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

EXTRACTVS DIVERSARUM extinctionum proximis 30. Annis circa Monasterium B. Mariæ Virginis Ordinis Regularium Nouesiens. attentatarum.

FVNDATIO MONASTERII B. MARIAE Virginis prope Nussiam Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini: Ex magno Chronico Belgico Franckofurti Anno 1607. impresso, & à Domino Ioanne Pistorio edito, pag. 191. extracta.

Rdinis Regularium reparatio per vniuersam latinitatem se dilatarat, quemadmodum suprà tempore Georgij VII. huius nominis Papæ habetur, incepit Anno salutis 1074. Seculares verò Canonici pro parte ad Regularis vitę tramitem, vnde exciderunt, non sunt reuersi. Ex quibus Canonici Maioris Ecclesiæ Coloniensis (Domini videlicet in summo) extiterunt, nam antea sub Abbate Deo regulariter militauerunt. Prout etiam Carolus Magnus Rex & Imperator in Aquisgrano & in Hoyo & alijs diuersis locis instituit. In recompensam tamen memorati Domini in Summo Monasterium Canonicorum Regularium sub Præposito, secundum Regulam B. Augustini Deo militans, in suburbio Ciuitatis Nussiensis, in grangia ipsorũ fundauerunt Anno Domini 1181.

indictione 14. sub Alexandro Papa, regnante Fridrico I. huius nominis Imperatore sub Archiepiscopo Coloniensi Philippo de Hinßberg. Fundator verò fuit Segisvvin°. Isti verò Monasterio maioris Ecclesiæ Canonici non exiguam partem redituum suorum partiti sunt, præsertim cum nonnulli eorum conuersionis gratia ipsum Monasteriũ intrarent, quorum Deus tetigerat corda. Nam nobile illud domicilium in Elssen juxta Greuenbroich/ ipsis Regularibus tradiderunt, & vineam magnã prope Reyns; insuper & octo plaustra vini, prout exaratũ habetur in lapide summi Altaris eiusdem Monasterij vsque in hodiernum diem. Tradiderunt etiam eidem memorato Monasterio allodia diuersarum decimarum & curtium, accorum pro quotidiana sustentatione, de multis affluenter prouiderunt victualibus, quemadmodum adhuc in antiquis registris eorundem Dominorũ in Summo reperitur. Insuper etiam in signum vnionis statuerunt, vt aliquoties Præpositus Monasterij Regularium prope Nussiam visitaret Chorum in summo in Colonia, & reciperet Canonicam portionem, seu præsentiam, quemadmodum vnus ex ipsis Canonicis. Adolphus etiam Archiepiscopus Coloniensis successor Philippi, dedit Monasterio memorato Regularium juxta Nussiam Anno Domini 1195. piscinam in Arnapha vel Erpia riuo, qui Monasterium prædictum præterfluit, incipiens juxta villam Grimlinckhausen supra Nussiam, & terminatur in Rhenum fluuium infra Nussiam, prout literæ testantur, quæ adhuc cum Sigillis in eodem Monasterio habentur, & in tantum inclitum Regularium istud factum est Monasterium, vt caput esset omnium Monasteriorum circa clima nostrum illo in tempore existens, in quo eodem generale seruabatur Capitulum, vnde adhuc nomen retinuit, & vocatur superius Monasterium apud populares, vnde etiam insignior porta Nussiensis & platea eiusdem traxerunt nomen vsque in hodiernum diem, &c.

Extractus ex originalis fundationis instrumento.

Principium.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Philippus Dei gratia Sanctæ Ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus, memoriæ causa scripto tam posteris quam modernis insinuatum volo, &c.

Clausula

Clausula dotem Archiepiscopalem concernens.

Primo quidem jugera quinque absoluta liberaque donatione, Item Præbendam Elemosinalem annuatim eis soluentem siliginis maldra 12. & totidem hauenæ, quinque solidos Coloniensis monetæ, maldrum salis, & maldrum pisæ, lignorum quoque plaustra duodecim.

Clausula Comites de Salm ac Dominos de Dicka concernens.

Item quoque septuaginta jugera in Sillicheim / & Eluenheim triginta, quibus antea inbeneficiati fuerant, à nobis Cunradus & Arnoldus von der Dick / & ab his Henricus de Kirßmich libera illis donatione confirmauimus. Præsentibus terræ nostræ magnatibus, & id suo judicio & sententia probantibus. Resignauerat quippe illa Henricus quidem Cunrado atque Arnoldo filijque sui effusticauerunt. Finit.

Quę vt rata inuiolataque permaneant, Dei omniumque Sanctorum, & nostra authoritate firmamus, & Sigilli nostri impressione signamus. Aeternę igitur damnationis reus sit, qui ex his quippiam vel vi vel arte infringere temptauerit.

Clausula ex libris memoriarum Monasterij Nouesiens.

25. Iunij obijt Illustriss. Princeps Dominus VVilhelmus Dux Montens. qui dedit 131. flor. Rhenens. nouum Missale, & alia plura beneficia.

13. Septemb. obijt Illustris. Princeps de Clijuis, Comes de Marcka, qui erexit magnam domum circa pomerium nostrum.

20. Decemb. memoria Illustrissimi Principis Domicelli Gerardi de Clijuis Comitis de Marcka.

15. Ianuarij, Memoria Theodorici Nobilis viri de Milendunck & suorum, vnde Patronatus jus Ecclesię Parochialis in Elssen.

Copia Epistolæ Serenissimi Electoris Ernesti ad Priorem Nouesiensem de Anno 86. 6. Augusti.

Ernst von Gottes Gnaden / ꝛc.

ERbar / Geistlicher / Lieber / Andächtiger / Vnsers gnädiges gesinnen vnd Befelch ist: Wöllest dich alßbaldt / vnd in ansehung dieses

anhero zu Vns erheben / Dann Wir in Sachen / so Vns sonders angelegen / dißmahl deiner gegenwertigkeit von nöthen. Versehen vns zu dir gnädiglich / dem Wir mit allen Gnaden vorders gewogen. Datum in Vnser Vestung Käyserßwerht den 6. Augusti Anno 86.

Ernst Churfürst / ꝛc.

DEm Erbarn vnd Geistlichen Vnserm lieben Andächtigen N. N. Prioren deß Gotteshauses Corporis Christi in der Stadt Cöllen.

Epistola Serenißimi Archiepiscopi Ernesti ad Conuentuales Regular. Nouesiens.

Ernst von Gottes Gnaden erwöhlter vnd bestetigter / ꝛc.

ERbar / Geistlich / Liebe / vnd Andächtige: Alß nach jüngster eroberung vnd durch den Feyand angestelte verhergung vnd verwüstung Vnser Stadt Neuß / Wir lieber nichts / dann deroselben mögliche förderliche Reparation, widerbringung deroselben / so wol zu Geistlich: alß Politischem wesen / vorigen Wolstands / Heils vnd gedeyen zu sehen begirig / derowegen auch auff alle dahin fürderliche wege / Vnsere gedancken gericht / vñ dann zu dem end nit das geringste Mittel / Euch mit S. Quirins Stiffts Canonichen in gesagter Vnser Stadt Neuß in zulässige weg zu vnieren, halten thun. Derhalb auch bey Päbstlicher Heiligkeit zu außbringung nothwendiger Dispensation, gleichsamb dieselbe vor diesem in ebenmässigen fällen / mehrmahls beschehen vnd erhalten zu seyn Vns erinneren / alle beforderung vñ Assistentz zu thun gnädigst gewilt. Inmassen jhr von zeigern dieses / solches Vnsers Gemüts meynung / so wir deßhalb hierüber zu vns erfordern lassen / mit mehrerem zu vernehmẽ. So versehen Wir Vns / in betrachtung dessen alles / auch in sonderlicher erwegung dieses / niergends anders wohin / dañ zu beforderung Göttlicher Ehren / vnd gemeinen Wolstandts / auch euch selbsten zum besten vñ gedeyen gemeint / zu euch gnädiglich / vnd endtlich jhr werdet zu vorsetzung bemeltes Vnsers vorhabens ewren theil gern bewilligẽ. Wollens darüber noch vmb euch in Gnaden erkennen / damit Wir euch ohne deß wol gewogen. Datum in vnser Vestung Käyserßwerth den 17. Augusti Anno ~~68.~~ 86.

Ernst Churfürst / ꝛc.

Exemplar

Exemplar literarum Serenissimi Electoris Ernesti f. r. ad Canonicos Regulares Nussienses, de Residentia sua Nouesij continuanda, &c. latinè redditar.

REligiosi nobisq; dilecti. Quod toties hactenus, causis ad hoc Nos mouentibus, vt in oppidum nostrum Nouesiens. vos cum residentia vestra recipiatis, mandari curauimus, recenti adhuc dubio procul memoria tenetis. Quandoquidem verò etiamnum in ista opinione & voluntate nostra stabiles manemus, ac Archiepiscopatui nostro, & præsertim exusto illi ac planè exciso oppido nostro Nussiensi plurimũ conducere speramus, idipsum quoque per se æquum & justum; nec nõ vestræ antiquissimæ originaliq; fundationi imprimis maximè necessarium esse arbitramur. Hinc iterum seriò vobis mandamus & volumus, vt primo quoque tempore, vnâ cum bonis vestris ad nostrum opidum Nouesiense reuertamini, ibidemque necessarias ædes, donec sufficienter in posterum pacatioribus à Deo concessis temporibus ædificare possitis, vobis comparari nullatenus negligatis, Diuinumque cultum juxta professionem regulam & statuta vestra sedulo peragere & exercere studeatis. Quod equidem, vti justum, ita & pium esse censemus, ac per hoc singulari nostræ voluntati satisfieri sciatis, quibus etiam singulari gratia propensi manemus. Datæ in Ciuitate nostra Bonna 4. Nouemb. 1587.

Ernestus Elector.

Epistola R. P. Ludovvici Thouardi Societ. Iesu ad Decanum Braun.

ADmod. Reuerende ac Clarissime Domine, Quandoquidem D. V. à me petit intelligere, quid R. P. Prior ad Corpus Christi Dominus Marcellus Lentius mecum, & cum nonnullis Patribus huius Collegij egerit in diuersis colloquijs, non potui non obsequi postulatis amici & patroni nostri, & quod res est fateri. Anno præterito adhibitus Dn. Lentius ad mensam nostram, inter cæteros

quos

quos mecum miscuit sermones, angustijs Collegij nostri permotus, & veritus ne bona quædam Ordinis sui Diuino cultui consecrata, maximè Monasterij Nouesiani in Laicorum man⁹ deuoluerentur, medietatem omnium prouentuum prædicti Conuentus, vulgò Querkloster/mihi benigne obtulit, modò à Serenis. Electore nostro consensus impetrari posset, de altera media parte Monasterio ad Corpus Christi applicanda. Postmodum etiam mense Maio eiusdem anni, me Moguntiæ existente in cogregatione Prouinciali, eadem de causa P. Ioannes Mesdorffius tunc temporis Prorector, se interpellatum, secundo redeunti mihi retulit, ex quo propensum Dn. Lentij animum in nos satis perspicué cognouimus, & cum in hoc genere aliud significatum non occurrat. Opto Reuerend. Domin. Vestræ fœlicem diem. Ex Collegio nostræ Societatis.

Dat. A. 91. Altera Nicolai Episcopi.

R. D. V.

Addictissimus

Ludovvicus Thouardus.

Extractus Mandati Serenissimi Electoris Ernesti, &c. de bonis & personis Monasterij Nouesiensis, &c. de Anno 92. 30. Septemb.

Principium.

Ernst/rc.

ERbare/ Hochgelärte/ vnd liebe/ andächtige/ Welcher gestalt vnd zu was end wir Vns dieser zeit/ vnd in Anno 91. den 25. Februarij vnd den 11. Septemb. euch beyden neben Vnserm Rhat Dietherichen Bisterfeldt der Rechten Doctorn/rc. In sachen deß Oberklosters vor Vnser Stadt Neuß angehörige Güter vnd Personen betreffent/ zu vnsern Commissarien verordnet/rc. Clausula.

In erwegung daß Wir ein Seminarium Studiosorum in Vnserm niedern Ertzstifft vnd Stadt Neuß/ vermittelst Göttlicher hülff vñ gnad zu stifften/vnd mit Notturfft zu versehen vorhabens/ auff ferner Mittel vnd weg vorbedacht seyn/ wie/vnd woher etwas weiters zu demselbigen Seminarij behuff vnd Notturfft beyzubringen/ vnd eine bequeme Behausung

sung zu haben seyn möchte/ Dann wie Wir neben anderen die sachen oberlegen/ wird nicht vnder vier oder fünffzehen Personen gebraucht werden können/ so alle mit nottürfftigem Vnderhalt versehen werden müssen. ꝛc. Finit. Datum in Vnser Stadt Bonn am 30. Septemb. Anno 92.

Ernst Churfürst/ ꝛc.

Commißio Serenißimi Principis Electoris.

Ernst von Gottes Gnaden/ ꝛc.

EAbar/ Ersam/ Hochgelährt/ Liebe/ Andächtige/ vnd Getrewe Was Wir erheischender Notturfft nach/ Euch wegen deß Oberklosters vor Vnser Stadt Neuß gelegen/ sambt vnd besonders gnädigst anbefohlen/ werdet jhr bey verwahrter Commission zu vernehmen haben: Ist dabey Vnsers ernstlichs gesinnen/ dem also erstes tags würcklich nachzusetzen/ vnd Vns ewres verrichtens guten vergnüglichen Schein vorzu bringen. Jhr sollet auch den Priorn ad Corpus Christi in Vnser Stadt Cöllen vorbescheiden/ jhme diesen Befelch zum scharpffsten vorhalten/ daß er hinfürter sich Vnser Iurisdiction enthalte/ vnd mit nichten vnderstehe Vnsere Decreta (wie Wir berichtet/ dz in facta vnione deß Closters Sancti Isidori beschehen) zu impugnieren, sondern habe deß seinen acht/ vnd lasse Vnsere Ertzstifftliche Authoritet vngethadelt/ damit Wir nicht zu einem andern verursachet werden. Hieran verrichtet jhr Vnsere Meynung. Datum in Vnser Stadt Lütig den 11. Septemb. Anno 91.

Ernst Churfürst/ ꝛc.

Inscriptio.

DEm Ehrsam vnd Hochgelährten Vnserm Obersieglern Vnsers Hoffs in Vnser Stadt Cöllen/ Lüdgern Herßbach/ vñ Georgen Braun/ auch vnserm Rahte Dietherichen Bisterfeldt respectiué dero Rechten Doctorn vnd Licentiaten, vort der Collegiat Kirchen zu S. Seuerin, vnd Mariæ gradus daselbst Scholastern vnd Dechanten/ vnsern lieben/ andächtigen vnd Getrewen sambt vnd sonders.

Alia Commissio.

Ernst Churfürst/ ꝛc.

WVrdiger / Geistlicher / Lieber / Andächtiger: Auß bewegenden vrsachen befehlen Wir euch hiemit gnädigst / vnd wollen / daß jhr alßbaldt / nach empfahung dieses vnsers Befelchs daran seyet / vñ die gewisse versehung thuet / damit alle deß Oberklosters vor vnser Stadt Neuß zugehörige / vnd etwa vnder ewer Gotteshauß vñ Gebieth gelegene Ländereyen Güter / sambt allen darauff stehenden Früchten / Auch andere Gefäll / Renthen vnd Einkombsten in Arrest vnd Zuschlag leget / daruon jhr auch von vnsert wegen zu Handthaben / vnd ehe nicht zu relaxieren, es haben dann die Interessenten die vrsachen / dardurch Wir zu diesem Zuschlag bewegt / wie sie (ob sie es nicht wüsten) von dem Ehrw. in Gott vnsern besonder lieben Freunde Herrn Octauio Bischoffen zu Tricario Nuntio Apostolico bericht werden können / gentzlich ab: vnd außwegs geschafft / daran beschehen Vnser gnedigster auch zuuerlessiger Will vnd Meinungh. Datum in Vnser Statt Boñ / den 10 Julij Anno 93.

Ernst Churfürst/ ꝛc.

Extractus ex Documento Vnionis per Sereniß. f. r. Electorem Ernestum (quæ tamen effectum non habuit) Anno 1593. tentatæ, ex cuius narratis motus proprius Gregorij XV. eiusdemq; præsupposita facti species post Annos 93. videtur esse mutuatus.

29

PRINCIPIUM.

ERnestus, &c. Dum varijs Bellorum Cladibus, &c.

Clausulæ extractæ.

CVm vero cognosceremus Monasterium quoddam Canonicorum Regularium juxta nostram ciuitatem Nouesianam funditus euersum, & ad paucas personas redactum, reædificarii nõ posse;

Reli-

Religiosos ipsos sine Legibus & Regula, abiecta Monasterij disciplina, neglecto etiam omni cultu Diuino priuatā vitam instituere &c.

Alia.

QVatenus benignè Conuentui Corporis Christi, intra Ciuitatem nostram Coloniensem magno, vt referebat, ære alieno grauato, portionem aliquam bonorum prædicti Monasterij Nouesiani per viam vnionis impertiremur, &c.

Finit.

Datum ex Arce nostra Puppelstorff 24. Iulij Anno 1593.

Ernestus.

Literæ citatoriæ Dominorum Commissariorum.

S. P. VEnerabilis Dn. Pater Prior. Ex quo Serenis. & Reuerendissimus Archiepiscopus Princeps Elector, Dominus noster Clementissimus peculiari commissione nobis iniunxit, vt inchoatum aliquoties tractatum cum Fratribus vestris iam tandem ad Dei honorem & publicam vtilitatem finiremus, sic petimus, vt ad futuram feriam quintam cum alijs ad hoc deputatis Religiosis fratribus, Fratre Ioanne Molitore & Ioanne Carbonio hic Coloniæ coram nobis compareas, vt tractatui vna cum R. Patre Generali intersis. Speramus in Domino quod æquis & tolerabilibus cōditionibus optatum tandem finem consequuturi simus. Datum Coloniæ 10. Iunij 1593.

Hunc in modum ad R. vestram scripserunt constituti ad vestram causam Commissarij noui.

Reuerend. designatus Archiepiscopus Vltraiectinus.
D. Petrus Gropperus Decanus S. Andreæ, Sigillifer maior, & ego.

QVia vero ad hanc Citationem nostram hactenus nec comparuisti, nec aliquid literarum dedisti, sic omnino arbitramur, nostras ad te literas non peruenisse. Itaq; cæterorum Collegarum nomine has iam altera vice transmittimus, monentes, vt primo

tempore compareas, futurum alioqui, vt te etiam absente causam prosequuturi simus, Vale. Raptim vt vides 10. Iulij. 1593. Coloniæ.

G. Braun Decan.

VEnerabili Patri VVernero Titio Regularium Fratrum Nouesiensium Priori, amico honorando.

Accepi 10, Iulij. Nouesium.

Contenta sententiæ á prætensis Commissarijs absq; ostensione Commißionis Anno 1593. latæ.

Authoritate Dn. Nuntij Apostolici, & Reuerendiss. Archiepiscopi.

SOl vber die Güter deß Oberklosters in Neuß ein Rhentmeister gesetzt werden/Welcher dieselbe empfangen vnd außgeben solle. Die Conuentuales Fratres sollen auff HErrn Leichnam transferirt werden/ denen/ so lang sie leben/ soll der Rhentmeister die Kost bezahlen/ das vbrige soll den Patribus allhier appliciert, vnnd die Schuldt bezahlt werden.

Extractus ex libello in Cammera Imperiali exhibito.

Principium.

HOchwürdiger Fürst Röm. Käys. Mayest. CammerRichter gnädiger Herr/ ꝛc.

Vff die im namen vñ von wegen deß Ehrwürd: Würdig: Wolgelährter vnd andächtiger Herrn Priorn vnd Conuentualen deß Oberklosters Ordinis Regularium S. Augustini binnen Neuß/ im Ertzstifft Cöllen gelegen/ hochuerursachten beschwerdten/ betrangten Klägern vnd Appellanten eins; gegen die Edle/ Ehrnfeste vnd Achtbare Ludwichen von Lülßtorff Ambtmann von Lyn/ Johan Horn genandt Goldtschmids/ Vogten zu Neuß/ Johan Kommeren/ Oberkellner zu Brüel/ jhren züstehenden Adhærenten, oder andern die sich dieser Sachen einiger gestalt bey pflichten/ anderßtheils/ Ex capite denegatæ Iustitiæ, beständig außgebrachte Ladung vnd Proceß erscheindt Syndicus Herrn Prioris. &c.

Clausula.

Item wahr zum 22. darauff obgemelter Herr Dechand vnd Scholaster Syndici Principalen auff Cöllen Citirt, etliche andere Prælaten zu

sich

sich gezogen/ habender Commission verhört/ vñ endtlich dahin vermeinelich gangen/ daß höchstgedachter Churfürst/ wie auch der zeit in der Stadt Cöllen losierende Nuntij Apostolici Will vnd Meynung wehre/ vber deß Oberklosters Güter ein Rhentmeister/ zu der empfangung vnnd Außgab/ zu verordnen/ den Conuentualibus/ alßlang sie leben/ darab in obgemeltem Closter zu vnsers HErrn Leichnam in Cöllen/ die Kost zu bezahlen/ vnd dz vbrige neben den Gütern/ obgemelten Patribus Iesuitis zu appliciren.

Item wahr zum 23. Alß obgemelter Prior vnd Conuentualn Syndici Principalen solches vngereimbt vornemen vermerckt/ diß von obgemelten Commissarijs begert: Dieweil jhnen vorkommen/ daß hiemit beständige Commissio verhanden seyn soll/ jhre Commission dar sie einige hetten zu zeigen/ vnd darab Copey mitzutheilen.

Item wahr zum 24. Daß darauff der Bescheidt erfolgt: Sie wehren nit schüldig obgemelten Priorn vñ Conuentualen einige Commission sehen zu lassen/ oder darab Copey mitzutheilen/ sonder wehre genug/ daß sie mündliche Relation theten/ daß es Jhr Churfürstl. Durchl. vñ deß Herrn Nuntij Apostolici Will vnd Meynung ist. Cum tamen Iudex delegatus cõmissionem suam citationi inserere teneatur, magis, partibus hoc petentibus Commissionem ostendere, & Copiam dare teneatur.

Item wahr zum 25. Daß Anwaldts Principalen derwegen daruon nothwendig am zierlichsten protestirt, auch euentualiter appellirt. vnd solche Protestation, vnd euentual Appellation per Notarium & Testes insinuiren lassen/ wie ab beygelegter Copey mir fernerm zu ersehen. Finit.

Sonder wie nach Form der Ordnung der Rechten/ am aller beständigsten gebetten werden soll/ kan vnnd mag E. F. G. Hochadelich mildtrichterlich Aimbt/ rc. Vorbehältlich.

Breue Apostolicum secundo Anno post supra memoratam prætensorum Commissariorum sententiam emanatum, sic sonat:

Dilecto Filio Marcello Lentio Generali Ordinis S. Auhustini Canonicorum Regularium Capituli VVindesemen:

Clemens P. P. VIII.

DIlecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum nos hodie ad obseruandam Concordiam, seu cõpositionem, aut pacta inter te & dilectum Filiũ Rectorem Collegij Præsbyterorum Societatis

cietatis Iesu Colonienſ. ſuper diuiſione bonorum Monaſterij prope oppidum Nouesianũ dicti Ordinis, Colon. Diocœsis, & alijs tunc expresſis rebus inita, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Tricarienſi, noſtro & Apoſtolicæ Sedis ad partes inferioris Germaniæ Nuncio, per alias noſtras in forma breuis confectas literas dederimus in mandatis. Quatenus eadem bona ab ipſo Monaſterio Authoritate Noſtra perpetuo diſmembret, illaque ſic diſmembrata in duas partes diuidat, & quæ dicto oppido viciniora ſunt eidem Collegio, reliqua verò Monaſterio Corpus Chriſti Colonienſ. applicet, prout in dictis literis plenius continetur. Nos, vt præmiſſa omnia ſuum conſequantur effectũ, maximè cupientes, tibi preſertim nec non dicto Rectori omnimodam huius concordiæ ſeu compoſitionis, aut pactorum Executionem commendamus. Quod ſi vti ſperamus feceritis, id nobis gratiſſimum erit. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 2. Martij, M. D. XCV. Pontificatus noſtri Anno quarto.

M. Veſtrius Barbianus.

Copia receſſus Dietæ Prouincialis Coloninſ. de Anno 1596.

NAchdem Prior vnd Conuentualen deß Oberkloſters vor Neuß den 21 Maij dieſes lauffendẽ 1596. Jahrs/ deß löblichen Ertzſtiffts Ständen/ eine Supplication vbergeben/ darin vnder andern ſich beklagt haben/ daß etliche nach jhres Kloſters Güter trachten/ vnnd darüber allerhandt Fauores vnd Beyſtandt geſucht vnd erlangt haben ſolten/ Dagegen ſich erbieten thun binnen der Stadt Neuß widerumb eine Kirch zuerbawen/ den gewohnlichen Gottesdienſt anzuordnen/ bey jhren Reglen vnd Profeſſion zuuerbleiben/ vnd bitten interceſſiones bey Jhr. Churfürſtl. Durchl. einzuwenden/ daß Sie bey jhrem Voto, Reglen/ Profeſſion vnnd Gütern gelaſſen werden möchten. So haben Ritterſchafft vnd Stende darauff jhr bedencken in ſcriptis vbergeben/ vnd haltens vor billich vnd Rechtens zu ſeyn/ daß die Supplicanten bey dem jhren gelaſſen/ darbey auch gehandthabt/ vnd da etwas Mißbrauchs eingefallen were/ daß ſolches ordinaria via reformirt vnnd abgeſchafft werde/ mit welchen ſich eines Hoch: vnd Ehrw: Thumb Capituls deputierten, anweſende Graffen/ vnd dero anweſenden Geſandten verglichen/ die einkomme

komme Supplicationes Höchstg. J. Durchl. vbergeben / vnd zu vorgemeltem end vnd Effect vnterthänigst intercedirt, dessen ist auff vnderthänigst ansuchen deß Priors diese Vrkundt ex Prothocollo mitgetheilt worden / Actum Bonnæ den 25. Maij Anno 96.

Auß der Churf. Cölnischer Cantzeley

Locus
Sigilli.

Christianus Petri.

Epistola Illustrissimi Principis Iuliacensis ad summum Pontificem pro Conuentu Nouesiense Anno 1597. die 13. Martij.

SAnctissime, Beatissimeque Pater, Domine Clementissime: Etsi suburbanum Monasterium Nouesiense, Coloniensis Diocœsis, Canonicorum Regularium Capituli VVindesheimensis, Ordinis S. Augustini, quondam florentissimum, quod in prima fundatione 500. circiter annis stetisse intelligo, Belli Coloniensis iniuria ita prostratum sit, vt in eodem loco reædificandi spes ferè nulla relicta, eiusdemque Monasterij Regulares Nouesio ab Hæreticis occupato omnibus fortunis exuti, exulare aliquamdiu compulsi fuerint. Cæterum eodem ab Archiepiscopo Coloniensi Principe Electore recuperato; ijdem Regulares intra muros ciuitatis Nouesiensis recepti, non solum commodas ædes, & loca idonea pro ædificatione noui Monastdrij, non sine magnis sumptibus sibi comparauerint, Parochialem etiam ipsorum Ecclesiam in Norff, oppido Nouesiensi vicinam, prædiaque ad ipsos pertinentia, ab hostibus vndiq; exusta & deuastata maximis impensis restaurauerint, interim etiam cultum Diuinum & officia Ecclesiastica juxta normam Regulæ ac Professionis suæ ibidem exercere non neglexerint. Nihilominus mihi à Priore & Fratribus eiusdem Monasterij, quorum adhuc decem in viuis existunt Sacerdotes, quærelosè expositum fuit, quòd à nonnullis Ecclesiasticis, nomine tamen suppresso, bonis & prædijs ipsorũ, tam in Ducatib⁹ meis, quam in Diocœsi Coloniensi & alibi sitis multæ struantur insidiæ, idque summoperè ab ijsdem laborari, vt prædictis Regularib⁹ Canonicis exturbatis, bona sibi applicẽtur,

Eoque

eoquè nomine etiam S. Vestram Sub. & obreptitiè interpellare ausi fuerint. Quia verò extra controuersiam est, laudatissimæ memoriæ meos maiores Duces Iuliæ, Cliuiæ & Montium in præfato Monasterio pias quasdem fundasse memorias, ædificia speciosa struxisse, multa Beneficia Fratribus contulisse, adeoque in eodem ex stirpe mea professum Priorem vixisse: Laudabile porro sit ac justum, pias eiusmodi Fundationes vltimasque Fundatorum voluntas, sartas tectas apud Ordinem semel electum conseruare, neque vt cõtra intentionem Fundatorum bona Ecclesiarum ad alios inuitis & reclamantibus Possessoribus transferantur, pauperes etiam suis Eleemosinis, & mortui votis Fundatorum defraudentur, permittere. Quibus accedit quod intelligo Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis, ac status in huiusmodi mutationem consentire nullo modo posse, sed hoc omnibus modis vna mecum optare, vt prætactæ laudabiles Fundationes inconcussæ conseruentur.

Itaq; Sanct. Vestram rogo, vt eosdem præfatos Regulares Canonicos apud Ordinem suum, juxta fundationem, bonorumq; tranquillam possessionem ad seruiendum. Deo Opt. Max. juxta Ordinis ac Regulæ suæ professionem, pro augmento cultus Diuini ac noui Monasterij ædificationem conseruare, cosque qui ipsos contra jus & æquitatem in eo turbare moliuntur, à Præposito suo Paternè cohibere dignetur. Faciet in eo Sanct. Vest. rem se dignam & laudabilem, sibique me obsequentissimũ semper habebit. Deus Opt. Max. Sanct. Vest. ad Diuini sui nominis gloriam, vniuersaliq; Ecclesiæ bonum quam diutissimè incolumem tueatur. Datæ ex Arce mea Iulia. 13. Martij Anno 97.

Epistola Comitum in Salm, Dominorum in Rifferschid & Dick/ &c. Anno 97. 11. Maij.

SAnctissime beatissimèq; Pater, &c. Pedes qua par est, submissione & obseruantia exosculamur, ac porrò humiliter exponimus, extitisse aliquando in Diocœsi ac territorio Coloniensi, prope Nussiam Monasterium non incelebre Canonicorum Regularium S. Augustini Capituli VVindesheimensis, multis olim Illustre, atque Religiosorum virorum cohabitatione florentissimum, in quo in-

signis

signis erga Deum Religio, atque pauperes, miserabilesque personas, tum etiam viatores, pietas & hospitalitas viguit. In hoc Monasterio præter alios complures Illustrissimas personas, etiam ex maioribus & illustri atque antiquissima domo nostra pientiss. memoriæ Dericus de Dicka Religionem professus, Canonicé & Religiosè ibidem vitam transegit, optimum post se nomen & auitæ virtutis exemplar posteris totique familiæ reliquit. Qua ratione permoti nostri maiores & proaui pijssimo erga Religionem ac præcipuè hoc Monasterium affectu illud ipsum munificè & liberaliter dotarunt, ac pro honore Diuini nominis ac augmento Diuini cultus locupletarunt ea intentione, vt ibidem eorum posterorumque Anniuersaria perpetua in animarum solatium seruaretur memoria. Quam laudabilem fundationem Maiores nostri perpetuam, & nunquam intermorituram esse voluerunt. Atque pro tali quoq; à Reuerendissimo illius temporis Archiepiscopo Coloniensi Engelberto II. sub graui anathematis comminatione ipso facto per violatores incurrendæ confirmata & stabilita fuit. Emergunt autem hoc tempore quidam, qui capta hac occasione, quod belli Coloniensis iniuria, Monasterij huius structura in Suburbio ciuitatis Nouesiensis diruta ac deuastata sit, etiam Conuentuales Fratres & Religiosos illius domus Canonicos, inter quos adhuc decem viui supersunt prouectæ ætatis Sacerdotes suis bonis spoliare, eademque inuadere & sibi applicare. Hoc ipsum cum non solum in damnum prædictorum Fratrum Regularium, sed etiam nostram, domusque nostræ & maiorum iniuriam vergat. Quare ne maiores nostri pia & laudabili ipsorum fundatione, intentione & voluntate, nosq; & posteri nostri iure nostro frustremur. Ad S. V. confugimus, humiliter rogantes, vt Regulares Fratres Canonicos apud Ordinem atque fundationes Maiorum paternè & clementer conseruare, protegere, & fouere dignetur, neque vlla ratione admittere, vt ab aduersantium machinationibus opprimantur, nosque vel maiores nostri jure ac fundatione nostra in aliquo fraudemur, aut in ea innouatio aut alteratio aliqua præsumatur. Hoc ipso S. V. faciet rem laudabilem nobisque & fundatoribus illius Monasterij, adeo omnibus Ordinibus totius Diocœsis atque Electoratus Colonienſ. longe gratissimam. Deus Opt. Max. S. V. nobis omnibus & vniuerso gregi

Christiano quam diutissimè seruet & sospitet. Datæ ex Arcæ nostræ Reifferscheidt die 11. Maij. 1597. S. V. Humillimi

Ioannes è Comitibus in Salm/Baro in Reifferscheid Dick/ ꝛc.

VVernerus è Comitibus in Salm/Baro, &c.

Illustriss. Reuerendiss. Dn.

NOn dubitamus quin ad Illust. & Reuerend. Dominationis Vestræ aures notitiamque relatum sit, quibus insidijs & machinationibus quidam conentur Dominum Priorem & Fratres Regulares Ordinis S. Augustini ex Monasterio ipsorum Nouesiensi exturbare, illosque bonis ac prouentibus suis exuere. Qua in re cum maximum vertatur nostrum, Maiorumque nostrorum interesse, vtpote qui certis Fundationibus & largitionibus illudipsum Monasterium munificè cohonestarunt atque dotarunt. Quas quidem pias fundationes euerti annulari, atque vltimas Defunctorum voluntates violari ab omni æquitate & ratione alienum est. Idcirco quia Parentum Proauorumque nostrorum pias voluntates sartasque, tectasque seruari cupimus, hoc nomine ad Sanctissimum Pontificem Opt. Max. Dn. nostrum Clementissimum humillimè perscripsimus, rogauimusque prædictos Dn. Priorem & Canonicos Regulares in suo instituto & Monasterio conseruari, manuteneri, & contra insidiantes ipsorum Aduersarios defendi, prout ex adiuncti scripti nostri copia liquido constat. Rogamus itaq; obnixè vt Illustrissima & Reuerend. D. V. hanc causam Ordinis ac Fratrum Regularium sibi de meliori notu recommendatam habeat, ipsamque apud sanctissimũ pro Iustitia ac æquitate, proque omnium huius Diocœsis & Electoratus Coloniensis Ordinum voto ac voluntate (qui omnes vnanimi consensu publico decreto aliquoties iudicarunt, ipsos Regulares manutenendos, & fundationes antiquissimas conseruandas) promoueat. Faciet hoc ipso rem non nobis solum, sed & omnibus huius Diocœsis Ordinibus gratissimam. Hoc ipsum erga Illustriss. Reuedis. D. V. & nos omni obsequiorum genere demereri quam promptissime semper conabimur. Datæ in Arce nostra Reifferscheid die xi. Maij 1597. Illust. Reu. Dom. Vestræ Obsequentissimi

VVernerus è Comitibus in Salm Baro in Reifferschied.

Epistola

Epistola Illustrissimi Ducis Iuliæ ad Capitulum Metropolitanum & status Patriæ Colonienſ. Bonnæ in Dieta congregatos in fauorem Monasterij Nouesienſ. 1597. 4. Maij.

WAs Wir von 30. Augusti deß 96. Jahrs deß Ehrwürdigen vnd Hochgebornen Fürsten Vnsern freundtlichen lieben Vettern Herrn Ferdinandten erwöhlten Coadiutorn deß Ertzstiffts Cölln/ Hertzogen in Bayren/ rc. auff demütigst Suppliciren vñ anhalten der Würdig vnd Erbaren Vnser lieber andächtiger Prior vnd Conuentualen deß Oberklosters zu Neuß Regulierer Ordens geschrieben/ haben E. L. vnd jhr beyuerwart Copeylich zu vernehmen.

Dieweil Wir Vns nun gäntzlich versehen/ es würde solch vnser billigmessig begeren bey wolermeltem Vnserm Vettern statt funden haben/ vnd derowegen ermelte Priorn vnd Conuentualen ferner nicht betrübt vnd beschwerdt/ sonder vielmehr bey jhrer Regel vnd Profession/ vnd das Gotteshauß bey der vhralter Fundation gelassen/ vnd alle Newerung vnd Bedrangnuß gentzlich abgeschafft worden seyn.

So kombt Vns doch von berürten Priorn vñ Conuentualen kläglich vor/ daß sie vber voriges/ mit auffdringung beschwerlicher Cõmissionen verweigerung Rechtens/ versperrung/ verschliessung vñ hinnehmung jhrer Güter vnd täglich noch mehr vnd mehr gegen Recht vñ Billigkeit bedrangt werden/ wie E. L. vnd jhr ab beygelegter Supplication zuersehen/ darab Wir zwarn vermüten müssen/ daß vorgemeltes Vnser an wolgemelten vnsern Vettern abgangnes schreiben durch etliche entweder vnderdruckt/ oder aber dahin durch dieselbe vnfüglich practizirt/ daß solches bey E. L. nicht würckhafft werden mögen.

Wann aber Wir wegen der Gottseliger Christlicher Fundation vnd Memorien so durch Vnsere löbliche geehrte Vorfahren Christmilten andenckens in berürtem Gotteshauß beschehen/ auch in Vnsern Landen ererm eldten Gotteshauß gelegner Güter/ inmassen ab vorgemeltem schreiben so Wir an wolgemelten Vnsern Vettern gethan/ mit mehrerm zu ersehen/ vnd also wegen Vnsers in erhaltung berürten Gotteshauß habenden kündlicher vnd mercklichen Interessen solchen vnzimblichen vorhabenn icht zusehen können.

Alß ist an E. L. vnd an euch vnser freundtlich gnädig vnd günstig gesinnen vnd begeren / bey Wolg. vnserm Vettern vnd sonsten gewisse beforderung vnd versehung zu thun / daß vorgemelt Gotteshauß bey der vhralten Stifftung / ermelter Prior vnd Conuentualen bey jhrer Regel vnd Profession verbleiben / die Christmilte vnd löbliche Fundation vnd Memorien erhalten / keine Newerung gestattet / was abhändig gemacht restituirt, vnd vielbemelte Prior vnd Conuentualen vberzimblich recht erbieten ferner nicht betrübt vnd beschwerdt werden mögen / Daran erzeigen E. L. vnd jhr ein Christlich / rühmblich vnd vns wollgefellig Werck / vnd bleiben E. L. vnd euch mit freundtlichem gnädigen gunstigen Willen wol beygethan. Datum Hambach am 4. Maij / Anno 97.

An Thumbcapittull / fort gemeine Ritterschafft vnd Ständt deß Ertzstiffts Cöllen.

Prothocollum communicationis Consiliariorum Iuliacensium cum Consiliarijs Electoris ratione Monasterij Nouesiani, &c.

Anno 97. Coloniæ 19. Ianuarij.

Anno 97. den 19. Januarij Cölln im Cöllnischen Hoff *Præsentes ex parte Capituli Metropolitani.*

Dn. Officialis.
Dn. Præpositus S. Cuniberti.
Dn. Pastor Columbæ.
Doctor Iodocus Lemgouius Secretarius.

Ex parte Reuerendissimi Electoris.

Consiliarij Herr Ambtmann zu Lechnich / Metternich.
Doctor Bisterueldt Vicecancellarius.
Doctor Ioann. Kempen.
Licent. Saltzfaß.

Ex parte Illustrissimi Principis Iuliæ, Cliuorum ac Montium Consiliarij deputati.

Herr Cammermeister Palandt / Herr zu Bredenbeim.
Ambtmann zu Blanckenberg Nesselradt.
Ambtmann zu Solingen Weschpfenning.

Licentiat.

Licentiat Pütz Vicecancellarius.
Licentiat Hartheim.
Licentiat Ippen.
Doctor Hardenrade.

In gegenwart obgemelter Herren/ wirdt durch den Licentiat Pütz Vice Cantzler den Churfürstl. Cölnischen Deputierten proponendo vorbracht:

NAchdem Gülischen Fürstl. Durchl. vñ deroselben zu Düsseldorff anwesenden Gülischen vnnd Bergischen Rähten supplicando vorkommen/ was massen etliche/ vielleichts auß befelch Churf. vnd Jh. Durchl. vnderstehen/ das Oberkloster in den Bergischen vnd Gülischen Landen gelegen vnd zustendiger Güter einzufordern/ auffzuheben/ vnd sich in dern Possession zu setzen/ gelüsten lassen/ Inmassen dann der Goltschmidt zu Neuß darüber beuelicht solte seyn/ vnd also sich gefallen lassen/ die Religiosos in dem jrigen zuuerdringen/ welches (wofern nicht abgeschafft solle werden) jhme Goldschmidt nicht also soll gelingen.

Darauff haben die Cölnische Rhäte sich zusammen verfügt/ vnd sich folgender massen durch den Vice Cantzler Doctor Bisterueldt resoluiert/ nemblich/ sie wüsten von solchem/ dem Goldtschmit ertheiltem Beuelch/ sich nicht zu erinneren/ wolten gleichwol nicht vnterlassen/ dißfals erkündigung einzunehmen/ folgendts die erfindtliche beschaffenheit vnserm gnädigstem Herrn dem Coadiutorn vnderthänigst referirn.

Decretum Consiliariorum Coloniensium post publicatum.

DJeweil beuorab in dem jüngsten vnd letzten Anno 96. verfaßten Römischen Landtags abschiedt/ cauirt vnd gesetzt wirdt/ die alte Fundationes/ wie von alters bey den jrigen/ nō obstantibus alijs vnuerhindert zu lassen/ welches dann auch vor sich selbst recht vnd billig/ wollen sie es auch dabey bewenden vnd bleiben lassen.

Extractus Prothocolli ex Comitijs Prouinciæ Colonienſ. Anno 99. Bonnæ & Coloniæ celebratis in puncto Monasterij Nouesiensis.

KVndt sey daß im fünffzehenden hundert vnd neun vnd zwentzigsten Jahr in Mense Iulio zu Bonn/ darnach selbigen Jahrs in Mense

Decembri zu Cöllen ein Landtag gehalten vnd continuirt worden / daselbst in versamblung Hoch vnd Wollöblicher Landtständ das Ertzstiffte Cöllen an dieselbe der Ehrwürdig vnd wolgelährter vnd andächtiger Herr VVernerus Titianus Prior deß Oberklosters zu Neuß vor sich vnd seine Conuentualen vnd Ordensgenossen eine andächtige demütige Supplication vbergeben / darin vngefehr auff diesen Effect sich demütig beklagt / nemblich:

Obwol sie vnd jhre Vorfahren deß Ordens angeregten Closters / dessen gefell / Güter vnd zubehör durch etliche hundert Jahren / vnd also von allen Menschen gedencken hero in rühelichem besitz gehabt / vnd dergestalt biß herzu (ausserhalb nach angezogner turbation) in gutem gewehr in Diuinis & temporalibus continuirt, die Gottesdiensten vnd Fundationes bestes fleiß vñ vermögens / so viel diese läydige zeiten erleyden wöllen / durch hülff vnd beystandt Gottes auß geübt vnd außgelöset / nach Form vnd Ordnung / wie solches jhres Ordens Regulæ vnd Fundationes selbigs Gotteshauß außweisen thetten.

So würde jhnen doch nunmehr wider Geist- vnd Weltliche Recht / Christliche Liebe / auch wider diese Landen vereinigung in solchen jhrem vhralten wolherbrachten continuirten Besitz vnd habender Gerechtigkeit durch die Patres Societatis Iesu starck vnd mit der that eingetragen / die es auch so weit gebracht / daß ad eorum instantiam dem Gotteshauß vnnd Supplicanten etliche jhrer Güter vnd gefäll bereit sequestrirt vnnd in zuschlag genommen.

Bitten vnderthänigst demütigst die Hoch- vnd Wolg. Landständ / deßwegen bey beyden vnsern gnädigsten Chur- vnd Fürsten vnderthänigst intecediren wollen / ꝛc. Fernern Inhalts solcher Supplication / so bey der Landttags handlung eingelieffert.

Diese Supplication ist bey allen Landtständen sambt vnd sonder verlesen / erwogen vnd in gesambt in abgesonderte Rahtschläg gezogen / endtlich alle einmütiglich der Hochste sambt Mitteln vñ Nidersten Ständen sich gnug vnd günstiglich erinnert / was dieser geklagter gebrechen halber vor diesem auff andern Landttagen vorgelauffen / Auch welcher gestalt deßhalben der Durchleuchtigst vnnd Hochgeborner Fürst vnd Herr Hertzog zu Gülich / Cleue vnd Berg / ꝛc. Item der Wolgeborner Graue vnd Herr / Wernr Graue zu Solm / Herr zu Reifferscheid an die Ständ schrifftlich

vnd

vnd mündtlich gelangt / gesucht vnd vorgeben / Erinnern sich folgendts / was vff solches alles dero zeit die löbliche Landtständ einhellig sich entschlossen recessirt, vnd gern zum Landttags abschiedt gerichtet / vnd dem inserirt gesehen / bey dē sie annoch verharren theten / vñ neinlich daß ein vnuerhofftes vnd nicht weniger scandaloß / vnd gantz zumahl deß Vatterlandts Priuilegien vnd wolbestelter hochbetaurter Vereinigung vnd Concordaten zu wieder seyn solle / den vorgenommen massen einen Standt im Ertzstifft / vnd dessen Gliedtmassen ohne alle Vrsach zubetrüben / die vhralte Christliche Fundationes contra mentem & institutum Fundatorum piè defunctorum zu excidieren, zuuerrücken / vnnd ein anderer vsus dann die Fundatores selbst piè verordnet / zuuerwenden / Sollen derowegen Ihr. Chur. vnd Fürstl. Durchl. vnderthänigst intercedendo gebetten seyn / wie auch die Landtständ vna voce vnderthänigst intercedirt vnd gebetten haben / die Herrn Supplicanten an jhrem habenden vhralten rechten Fundation vnd Gottesdienst nicht allein nicht turbieren, Sonder wider allen vnbilligen einfall gnedigst Manutenentz widerfahren zulassen / rc.

Daß dieses alles successiuè auff angedeuteten Landtag ergangen / recessirt, vnd verabschiedt / wirdt bezeuge ex Prothocollo dero Stetten Gesandten durch vorgemel. gemeinen bestelten Oratorem mit eigner Handtschrifft.

Adolff Hix von Edler Licentiat. M. p.

Epistola Serenissimi Electoris Colonienſ. Ernesti f. r. ad Serenissimum Dn. Ferdinandum Coadiutorem Anno 97. 8. Martij.

VNser freundtlich dienst / vnd was Wir Leibs vnd Guts vermögen zuuor / Ehrwürdig in Gott vnd Durchleuchtiger Fürst freundtlicher lieber Herr vnd Vetter / E. L. haben ab dem einschluß zu ersehen / was bey Vns Prior vnd sämbtliche Conuentualn deß Oberkloſters in Neuß supplicando anbringen vnd sich beklagen thun.

Ob

Ob wir nun wol den Patribus Iesuitarum mit allen gnaden zugethan/ vnd gern sehen theten/ daß solch deß Oberklosters Einkombsten/ ihnen applicirt, vnd zu einem Seminario zu instituirung der Jugendt verordnet werden mögt/ wie dann solches Vnsere meynung allezeit gewesen/ auch noch wol were/ da es anders mit guten beständigen fugen/ auch ohne andere vnwissende verbitterung bey Vnserm Würdigen Thumbcapittull/ vnd denen von der Ritterschafft/ welche sich solchen Closters hochannommen/ beschehen köndte vñ mögte/ wie Wir dann E. L. solches alles/ was Vns vor diesem derhalben einkommen/ vberschickt/ vnd Vnser bedencken deroselben darbey freundtlich zugeschrieben haben / auch hiemit dieses ebenmessig freundtvetterlich cõmunicieren wollen/ deß versehens/ E. L. werden der Sachen mit zuziehung deß sämbtlichen Rahts/ auch also nachdencken/ vnd darinnen statuieren vnd vorgehn lassen/ was am besten dienlich/ vnd alle besorgende weiterung/ vnd verhitzigste Disputationes dardurch verhüten werden mögen/ vnd habens dieselbe neben erbietung Vnser freundtwilliger Diensten nicht verhalten sollen. Geben auß Vnserm Schloß Arnßberg den 6. Martij/ Anno 1597.

Ernst.

Epistola eadem latinitate donata.

OBsequia amica nostra & quicquid vlterius accepti boniq; valemus cumprimis. Reuerende in Christo Illustrissimeq; Princeps amice, Dilecte Dn. Nepos. Dilectio vestra ex inclusis hisce dispicere nouerit, quid Prior ac Conuentuales Monasterij superioris in Suburbio ciuitatis nostræ Nouesiensis supplicando ad nos detulerint, ac querulentur.

Ac tametsi Patribus Iesuitarum omni gratia quidem addicti, libentes videremus vt eiusmodi dicti Conuentus prouentus ipsis applicari, ac ad instructionem juuentutis pro Seminario deputari possent, sicuti id semper intentionis nostræ fuit, ac etiamnum esset, si alioqui recta, firmaque ratione, tum etiam absque alia ingruente exacerbatione apud Reuerend. Metropolitanum Capitulum nostrum, atque Equestrem Ordinem, qui Monasterij istius strenuè curam habent, perfici posset ac deberet, veluti Dilectioni vestræ ea omnia quę ea de causa antehac coram nobis deducta illataque transmisimus, nostrasq; considerationes eidem peramanter scripto declarauimus,

ac parimodo hisce amicè cognato Nepoti communicare volnimus, confidentia ea, quod Dilectio Vestra adhibitis adhoc Consiliariorum operis ita rem causamque expendet, in eaque statuet ac procedi faciet, vt quod optimum expediet, omnisque metuenda distensio & inardescentes disputationes præcaueri valeant. Id quod eidem secundum præsentationem amicæ propensionis nostræ atque obsequiorum abscondere non debuimus. Datum in Arce nostra Arnsbergiana 8. Martij, 97.

Ernestus, &c.

Copia Instrumenti protestationis & attentatorum.

